





181

21

1708

14

PRORECTOR
 ACADEMIAE VVITTEMBERGENSIS
 GEORG. GVILELM.
 KIRCHMAIERS

GRAECARVM LIT. PROF. PVBL.

CIVIBVS ACADEMICIS

SALVTEM PLVRIMAM DICIT

ATQVE

FESTVM ARCHANGELO AETERNO

DIEM DECENTER CELEBRANDVM

INDICAT.





Sanctos istos mundissimosque Dei nuntios, quos a nuntiandi notione Graeca Angelos dictos novimus, non a Persica Angarorum voce, (quod doctissimo Francisco Redo, in Baccho Hetrusco,

Bacco in Toscana, p. 47.

M.
2

CIS

ON

ludenti forsitan magis quam doctenti, placuit) maximo quidem dignos honore habet Ecclesia nostra atque suspicit, plane vero aliena est a nimia & religiosa eorum veneratione, quam intemeratam summo Angelorum Principi servat. Novit enim, S. Codicem, etsi honestissimis vocabulis Angelos describat, modum tamen quam maxime tenere, ac neutiquam tales iisdem tribuere titulos, qui nimiam de illis opinionem penes quempiam excitare possint. Exemplo fit vox μεσῖτες, quæ an conveniat Angelis, disquirere in præsens, atque adeo de ANGELIS MEDIATORIBVS dissertare, quantum angustia chartæ permittet, allibuit. Augustum profecto est Mediatoris vel μεσῖτες nomen, in S. Codice, adhibitum de illis, quæ coram Deo fiunt, deque persona, quam Deus ipse eo loco dignatur: numerari enim inter axiomata Servatoris nostri, in propatulo est, qui εἰς μεσῖτης, μεσῖτης θεός, κρείττον Gal. III, 20. τὸν θεὸν διαδήκων μεσῖτης, & διαδήκων νέας μεσῖτης nuncupatur.

1. Tim. VI, 5. ftri, in propatulo est, qui εἰς μεσῖτης, μεσῖτης θεός, κρείττον Gal. III, 20. τὸν θεὸν διαδήκων μεσῖτης, & διαδήκων νέας μεσῖτης nuncupatur.

XII, 24.

Ac primum sunt, qui Angelos esse fingant μεσῖτας naturæ divinitus constitutos. Non de illis disquiretur, (quos tamen huc referre iniquum non fuerit,) qui iisdem creationem rerum omnium, Deo velut otiose adspectante, adscribunt, quod Judæos παρθενομανῖτας facere constat. Picum Mirandulanum præceteris mediatores providentiæ Angelos constitutere, & præiisse viam aliis, eruditi norunt, sed levibus, mysti.

Lib. IV. contra Astrolog. cap. IV.

mysticis videlicet, fultum rationibus. Est ex nostrati-
 bus exquisitissimi iudicii vir, qui non vereatur Ange-
 los deserto mediatorum naturæ titulo cohonestare, *I. T. Major,*
 quamvis ad naturam potius eorum, quæ illi inter, *Tract. de An-*
 Deum & hominem media viderur, quam ad mundi *gelis, §.*
 administrationem respiciat, unde *μέσοι* potius quam *XCIX.*
μεσότης, quod actionis & muneris vocabulum est, di-
 cendi forent. Plane vero *μεσότης* titulum de hoc ne-
 gotio in diviniore disciplina adhibendum negamus:
 ac tamen ministerium Angelorum in dispensandis
 quibusdam naturæ actionibus, iis præsertim, quæ
 extra ordinem fiunt, tum & in politicarum *διατάξεις*, a-
 gnoscamus, monemus tamen merito, utroque in ne-
 gotio cautelis opus esse, ne in impia, vel superstitiosa,
 his funibus pertrahamur. Nam ut de postremo prius
 dicam, qui de Angelis imperiorum præsidibus largi-
 ter locuti sunt, sensim eo devenere, ut nova quædam
 numina & vere *μεσότης πολιτικός* comminiscerentur,
 quibus vice Dei fungentibus administratio Rerum-
 publicarum cederet. Placuit olim & Arianis hic er-
 ror, ea maxime de causa, quia & Platonicum somnium
 erat, & *λογος* hac ratione genius quidam eminentissi-
 mus dici posset, qui Dei loco politicam Judaicam ante
ἐνσάρκωσιν tot seculis gubernasset, ac velut *μεσότης* qui-
 dam politicus fuerit posterorum Jacobi, prodente
 ipsorum mentem Eusebio, & angelicam illam regen-
 di formam delineante. Vicissim in physica mundi
 consideratione cavendum est ab Aristotelico somnio
 de intelligentiis orbis moventibus & animantibus,
 Deo ab omni concursu proximo excluso, quem erro-
 rem Tannerus, Lessius, Drexelius, alique Lojola
 scholam sequentes errant.

Demonstr.
Ev. Lib. IV.
p. 100.



Propior periculo eorum phrasis est, qui in regno gratiæ ^{μεσitas} Angelos constituunt, non uno quidem & eodem pacto: Quidam enim, rati, conditionem veteris oeconomiae hoc exposcere, ante adventum saltem Christi in carnem hoc ipsis munus tribuunt, qui error hæreticorum quorundam veterum sermonibus frequentatus, non adeo pridem a Petro Malebranchio novo ornatus ^{ἐγκοσµοβάµατι}, in scenam reducebatur. Cum enim adversus hypothesin ejus de Deo per universalem solum voluntatem agente, quam in Lib. de Natura & Gratia inculcaverat, ab A. Arnaldo objecta fuisset administratio particularis Ecclesiae V. T. per tot leges speciales atque miracula, quæ Theocratiam poscat, non, quod Malebranchius volebat, (determinationem voluntatis divinæ ad singularia Angelis in V. T. Christo in N. T. tanquam causis occasionem suppeditantibus tribuens,) Angelocratiā; hic peculiari schediasmate respondens, emollivit quidem nonnihil sententiam, largitus, Deum ea in V. T. quæ ad Messiam spectabant, ipsum speciatim egisse, nec non Decalogum dedisse, constanter vero defendit, reliquas leges, nec non miracula V. T. Angelorum voluntati tribuenda esse, indeque Christum, quæ illi ordinaverint, tanquam non satis bona, mutasse. Quæ si concesseris, medios quosdam patribus V. T. Deos dabis, Scripturam perpetuis, & cassis quidem, Anthropopathiis onerabis, vim probandi miraculis eripies, typorum inscrutabiles divitias risui profanorum expones, & quæ sunt reliqua, quæ inde nascuntur, absurda. Provocavit ille ad illustre dictum, in quo lex per Angelos ordinata dicitur; Sed eo ipso loco vocula ^{δὲ} *δὲ* indicat, non nisi ministerium Angelis in tradenda

Dissertat. A.
1685.

Response,
A. 1685.

Gal. III, 19.

dēda lege tribui, singulare quidem & vix nobis enar-
rabile, qui τὰ ἐπιθεγάνια non assequimur, & diferte addi- *Io. III, 12.*
tur, factum hoc esse ἐν χειρὶ μεσῖται, gubernante omnia
& principem negotii agente Mediatore, non Mosē,
quod Epiphanio visum, multo minus primicerio quo-
dam Angelo, sed λόγῳ, quod Origeni, Athanasio, Chry-
sostomo, & omni ferme ἐξηγητῶν concioni approba-
tur. Non bene igitur Coccejani provident de saluta- *Coccejus,*
ri doctrina, quando post præceptorem suum, & legum *Summa*
lationem in V. T. & conservacionem, Angelis ut μεσῖται *Theol. Cap.*
adscribunt, ac Stephani dictum citant, qui legem Israeli *LIV. p. 565.*
ὡς διαταγὰς Ἀγγέλων datam ait, phrasi quidem paulo
difficiliori, sed plane inepta unde illud exsculpant, *Act. VII, 53.*
Possēt ista phrasis longe concinnius exponi de lege
ideo data, quo omnia inter Judæos bene adeo fan-
ctæque disponerentur, ut Angelorum διαταγὰς imita-
tione exprimerent, ὡς ἐν θεανῶ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, quæ ta- *Matt. VI, 10*
men obrufa nemini volumus. A Malebranchiano au-
tem isto dogmate ut sibi caveant, studiosos veritatis
monemus, quippe quo paulatim proceditur ad impi-
am opinionem, quæ Deum ut vagam quandam &
generalem potentiam concipit, tandemque in natu-
ram rerum ipsum vesane convertit.

Sunt alii, qui generali notione Angelos μεσῖται gra-
tiæ habendos putent, etiam sub ipsa N. T. oeconomia.
Qui error, invalescente in Ecclesia barbarie, late vaga-
tus est, ut non solum in Angelorum quasi manus, tan-
quam μεσῖτῶν, præces Christianorum ponerentur, ve-
rum & multi cum Bonaventura docerent, Angelo in-
digere hominem, ut proficiat in gratia, resurgat a no-
xa, a peccatorum vinculis absolvatur, intus doceatur
& illuminetur, quæ erant docentium eo tempore
phrases; perinde ac si μεσῖται, vel tamen auctores sa-
lutis

Tom. III.
Dogm. The-
ol. p. 71.

I. T. Majori
Exegem. ad
Acta, P. I.
p. 303.

Lib. VIII. c.
Cels. p. 428.

In Luc. Hom.
XXIII.

Dogm. The-
ol. T. III.
p. 77.

luta applicandæ, aut saltem dispensatores gratiæ salutaris, illi agerent, quorum hoc Ministrorum verbi est, illud Spiritus S. istud Christi Servatoris. Et Dionysius Petavius quidem omnino non veretur hoc nomine Angelis Mediatorum axioma vindicare, & cum primis privato cuiusvis Genio, quod est pagana superstitionem plenis velis in Ecclesiam revelare. Unde non est, quod credamus, Theologum supra commemoratum ista ἀπλῶς, (ut videbatur) approbare, sed alio profus & æquiori sensu capere speramus. Non enim negaverimus omnia Angelorum in opere gratiæ ministeria, verum illa de se, ordinario directeque fieri ut concedamus, analogia fidei vetat, quæ jubente omne illud ministerium, præter ea, quæ πασαγωγίας externæ sunt, ad ἀπόρητα, extra revelationem posita, & in censum adeo doctrinæ non arroganda, ponimus; eoque nomine confitemur, nullum nobis plane in salutis negotio cum angelis ineundum commercium, nullum μεσιτῶν respectum illis tribuendum.

Quanto innocentius Origenes de Angelis loquitur, dicens, ἐγγχειρίθεντας αὐτοὺς ὑπὸ τῆ θεῶ τὰ χεῖρῶν τῶ γένει ἡμῶν, commissæ illis quædam nobis utilia; qui & alibi laudanda cautione docet, non cuivis licere, Angelum, præsertim in rebus ad salutem spectantibus, alloqui, nisi prophético spiritu ornatus sit, ne paulatim θεηοικείας ἀγγέλων reducerentur, & a divinitus constituta salutis via homines avocarentur.

Multo itaque diligentius evitanda est conficta Petavio hypothesis, quæ cuilibet Dioecesi duos Pastores vel Episcopos tribuit, alterum conspicuum, videlicet hominem, alterum inconspicuum, Angelum nempe, qui curam ejus, velut μεσίτης gratiæ habeat. Equidem Patres in testimonium vocat, cum primis Origenem;

nem; sed, si quæ male ab eodem in hoc argumento dicta sunt, emendentur ex rectius dictis, quæ allegavimus: Ceteri Patres de defensione coetuum externa loquuntur, non nihil tamen rhetoricationibus indulgent, ex quibus argumenta petere, est rem Christianam pessundare. Commemorat Apocalypticos VII Ecclesiarum Angelos; sed per hos intelligi Pastores Ecclesiarum, exploratum est probatissimis Scripturæ interpretibus. Heram denique recorder non semel Angelum Pastorem nominare, sed allegorica dicendi ratione, & imaginum lumina ac ornamenta assestantem, cuius etiam scriptoris auctoritati parum deferri posse, periti rerum norunt. Cave igitur Angelos Pastoribus ita apponas, ut inconspicui quasi quidam dispensandæ gratiæ & ordinarii ministri nobis effingantur, cum quibus inire commercia, ipsa tum juberet ratio, & velut necessitas exposceret. Hæc quidem non multum abluunt a pagano de *Angelis mystagogis* dogmate, (mystagogum enim quasi *μυστήριον* mysteriorum dixeris,) quo titulo Menander apud Eusebium genium prædicat. *Ac Lib. XIII.* illi quidem cum genios semideum genus haberent, *Præp. Ep.* nimium sane illis tribuere, & in ea, quæ Deo debe- *p. 403.* bantur, involare necessum habebant; nobis autem alio docendi genere opus est, quod illibatum servare operæ profecto pretium erit. Bene in hanc rem Theodoretus scribit, enarrata Platoniorum hypothesi, quod medii Angeli inter Deum & nos sint constituti, nec nisi per illos aditus ad divina pateat, hæc talia Christianis indigna esse; quæ optime, sed non in commodum Romanensium, dicta Petavius vellecare non erubescit. Hujuscemodi autem loca Patrum exquisitori studio scripta opponi debent hyperbo-

Ad Coloss.
II, 18.

perbolicis eorundem formulis, quando v. gr. Angeli a Clemente Alex. nominantur τῆ ἀνόδω ἐφεισῶτες, ab Ambrosio Episcopi, a Basilio etiam Pastores, quamvis νομῆ & vox, qua utitur, a ποιμένι haud parum differat.

Parcius sane de Angelis Scriptura divina loquitur & moderatius, easque illis appellationes tribuit, quæ intra debitos terminos rem omnem continent. Profecto sicut in veteri instrumento nomen מלאך a Mediatoris dignitate per se multum distat: indicat enim illum, qui mittitur, ut alterius causa & bono aliquid perficiat, quique adeo ei a quo mittitur præstat hoc opus, non quod se medium inter duos gerat, (quamvis id aliunde accedere possit) sed ut præstet, quod præstandum erat, quippe quo conjugatum מלאך nos ducit. Consimiliter Græca, ἀγγέλων appellatio ad ablegationem totam significandi vim convertit, & missum non nisi in ordine a mittente posito spectare jubet.

Hæc quidem hætenus. Vos autem, ornatissimi Cives, in eo, qui πάντων μισθίτης unus dici meretur, posita omni mentis fiducia, operam dabitis, ut eo præside studiorum & salutis, duce rem feliciter geratis, atque de tutela sanctissimorum Dei famulorum securi, fructum nostri vestrique laboris, nullo periculo interceptum, reportetis. Quare, o Boni, & hunc, qui instat, festum diem decenter transigite, atque Angelis nostratis Ecclesiæ, oblato prisca moris munusculo, amore vestrum erga tam salutare munus, vel nostro excitati exemplo, approbate. P.P. in Vigilia Feriæ Michaelis. A. C. clō Io CCVIII.

VVITTEMBERG AE

PRELO CHRISTIANI SCHROEDTERI ACAD. TYP.







Wittenberg, Diss., 1708

VD18

ULB Halle

3

005 359 333







B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

181

1708

14

21

RORECTOR
IAE VVITTEMBERGENSIS
RG. GVILELM.
CHMAIERVS
CARVM LIT. PROF. PVBL.
S ACADEMICIS
EM PLVRIMAM DICIT
ATQVE
ARCHANGELO AETERNO
DECENTER CELEBRANDVM
INDICAT.

